

ἀκολουθήσαις<sup>3</sup>; ΜΕΝ. Βούλομαι. πῶς γὰρ οὐ; ΣΩ. Οὐκοῦν λέγετε ἀπορροάς τινὰς τῶν ὄντων κατὰ Ἐμπεδοκλέα; ΜΕΝ. Σφόδρα γε. ΣΩ. Καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι' ὧν αἱ ἀπορροαὶ πορεύονται; ΜΕΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ τῶν ἀπορροῶν τὰς μὲν ἀρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων τὰς δὲ, ἐλάττους ἢ μείζους εἶναι; ΜΕΝ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὄψιν καλεῖς τι; ΜΕΝ. Ἐγωγε. ΣΩ. Ἐκ τούτων δὴ σύνεες ὅ τι λέγω, ἔφη Πίνδαρος<sup>4</sup> ἔστι γὰρ χροά, ἀπορροὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός<sup>5</sup>. ΜΕΝ. Ἄριστα μοὶ δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ταύ-

<sup>3</sup> Pessime vertit Serranus: „Vin' te Gorgiae more interro- gem, et quatenus quidem me possis maxime adsequi?“ Sensus est: „vin' ut talem tibi proponam coloris definitionem, qualem propositurus esset Gorgias, praeceptor tuus? Hac quidem ratione optime me intelliges; vel: maxime mihi adfentieris.“ Vox enim ἀκολουθεῖν utrumque sensum admittit. Sed prius illud melius, magisque Platonicum. — At ex *Empedoclis* disciplina hausta est ea coloris definitio, quam statim profert Socrates. Recte quidem Empedoclis vero discipulus erat Gorgias, teste Diog. Laert. in Emped. VIII, 58. Idem Suidas testatur in voce Gorgias et Ἐμπεδοκλῆς. Dubitanter tamen loquitur Quintil. III, 1: „Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, discipulus.“ — Caeterum de ea, quam statim profert Socrates, Empedoclis disciplina, videndus in primis Plutarch. de plac. Philos. IV, 9. Ἐμπεδοκλῆς παρὰ τὰς σύμμετριάς τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθηταίς γινέσθαι (θεῖναι), τὰ οἰκεία τῶν αἰσθητῶν ἑκάστη (leg. ἑκάστω ἵε. πόρῳ) ἀρμόζοντος. GED.

<sup>4</sup> Σύνεες ὅ τι λέγω. Ita nimirum incipiebat carmen deperditum Pindari, quod laudes Hieronis, regis Syracusani, celebrabat. Erat illud ex ὑπόρχημάτων numero. Schol. Pind. ad Pyth. II, 127: ἰστέον, ὅτι τὸν ἐτινίκιον ἐπὶ μισθῶ συντάξας ὁ Πίνδαρος, ἐκ περιττε συνέγραψεν αὐτῶ πρόικα ὑπόρχημα, ἃ ἢ ἀρχή. Σύνεες ὅ τι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμοι. Eiusdem carminis meminit Schol. ad Nem. VII, 1; nec non Schol. Aristophan. ad Ὀρνιθ. 927. Sed legendus omnino de toto hoc carmine Cl. Schneider in Carminum Pindar. fragm. p. 7-9, quo quidem libro ut aliis multis de literis graecis egregie meruit vir doctissimus, cuius equidem amicitia haud parum glorior. Idem locum Gregorii Nazianz. affert, ubi et hic respicit ad voces: σύνεες ὅ τι λέγω. Caeterum Plato his verbis, licet nihil eximii contineant, cum mentione poetae ita utitur, ut solemus in familiarī sermone. GED.

<sup>5</sup> Vox αἰσθητός non simpliciter hic sumenda est, ut sumfisse eam omnes interpretes vident; sed, non minus quam σύμμετρος, referenda ad ὄψει. Color